



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

An professio N. emissa in Religione Hierosolimutana, non sumpto prius
ornamento Cinguli Militaris, fuerit incalida? Et infertur, quod quando forma
servanda est in aliquo actu, si deficiat, actus, est ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

TRACTATUS SECVNDVS.

DE CINGVLO MILITARI PRO VALIDITATE Professionis Equitum Melitenium.

RESOL. VNICA.

An professio N. emissa in Religione Hierosolymitana, non sumpto prius Ornamento Cinguli Militaris, fuerit inualida?

Et inseritur, quod quando forma seruanda est in aliquo actu, si deficiat, actus est nullus, & corrui; & ideo forma specificè adimplenda est, & non per equipollens.

Et queritur, an in Religione Equitum Hierosolymitanorum sit de forma, vt Miles professionem emittens sit ornatus Cingulo Militari?

Et queritur etiam, an verbum Oportet ex sua natura imperet necessitatem, & preceptum, vel tantum decentiam, & consilium?

Et quid de alijs verbis imperatiuis?

Et an forma censeatur inducta à Statuto, si aliquid preter us commune contineat, vel mander aliquid facere certo modo?

Et an quando lex desiderat actum cum aliqua qualitate non sufficiat facere actum absque illa qualitate, & ideo actus erit nullus?

Et probatur Decretum irritans inducere formam, ita vt actus aliter factus sit omnino nullus.

Et an omnis lex, que inducit solemnitatem aliquam, censenda sit, habere inclusam in se clausulam Decreti irritantis?

Et an actus corrui, quando defuit forma, etiam si non adsit Decretum irritans?

Et asseritur professionem esse nullam ex defectu forme, etiam absque Decreto irritante.

Et docetur, quod si aliquis profiteretur in aliqua Religione, & si professionem annuller, non tenetur postea votum simplicis Castitatis seruare.

Et probatur, quod quando consensus requiritur pro forma, si non currit ante, vel ipso actu, actus erit nullus, quamuis postea consensus sequatur, vt in alienatione rerum Ecclesiarum, & in licentia, & facultate testandi.

Et aduertitur, quod professionem nullam non ratificat exercecns actus professorum, dum est ignarus cause sue professionis.

Et quod tunc valet professio tacita, quando à principio ex parte Religionis professio fuit valida, vt si quis v.g. emitteret professionem ex metu, vel sine voluntate profitendi; tunc tacita professio operatur, & non est opus noue acceptationis ex parte Religionis, secus vero si fuit inualida ex parte profitentis, & Religionis.

Et cursum docetur quod Statuta Religionis confirmata à Papa dicuntur Papalia propter illam Papae confirmationem.

Et an si quis emitteret professionem in aliqua Religione sine vestibus consuetis, non proinde illa

professio esset nulla?

Et docetur non omnes ceremonias prescriptas in acceptatione professionum Religiosorum esse de substantia valoris.

Et tandem queritur, an quando dubium est, an forma inducta sit substantialis, vel accidentalis presumi debeat substantialis? Ex part. 10. tract. 10. Resol. Vnica.

In qua continentur omnes ista difficultates posite pro titulo huius Resolutionis.

RESPONDEO affirmatiue, vt potè emissa contra formam prescriptam à Statutis dictæ Religionis; nempe, Equitem oportere Professionem emittere cum Ornatu

Cinguli Militaris. Et certum est, quod quando forma seruanda est in aliquo actu, si deficiat, actus est nullus, vt patet ex leg. Non dubium. Cod. de legibus. l. Manus. l. Qui heredi. ff. de Condit. & Demonstrat. l. cum hi. §. Si Prator. ff. de transact. l. 1. Cod. de Prædit. Decurionum lib. 10. leg. Constitutionibus

in fin. ff. ad municip. l. Iulianus §. Si quis ff. ad exhibendum. l. Proponebatur in fine ff. de Iudiciis. l. Seia. ff. de auro, & argento legato. l. Si is, qui §. Quadam. ff. ad legem falcidiam. & Glossa in cap. Dilecti vbi Panormitanus num. 4. Felinus, num. 6. de Rescriptis, & docet Amaja, in lib. 10. c. tit. 1. l. 4. num. 39. Rumelinus, ad auream Bullam Caroli IV. p. 1. Dissert. 3. Thes. 6. Reulnerus, lib. 1. conf. 17. num. 70. Pruchmannus, lib. 2. conf. 18. num. 83. Larrea in Allegat. Fiscal. 1. Allegat. 29. n. 25, & r. 2. Allegat. 110. n. 5. Valenzuela, vol. 1. conf. 87. n. 77. Castillo, lib. 5. Contr. c. 116. n. 9. & seq. Solorzanus de Indiarum Iure t. 2. lib. 2. c. 26. n. 40. Felicianus à Vega, in Relect. ad cap. Dilecti, de Iudiciis n. 14. Escobar, de Ratiocinijs, c. 6. n. 39. Gutierrez, in Pract. Q. lib. 3. q. 1. n. 28. Themudo, in Decis. Archiep. Vlyssipon. t. 1. decis. 81 §. 1. n. 14. & 15 & dec. 56. n. 8. & 10. cum alijs quos ad fatietatem adducit Ioseph. Vela, in Dissert. Iuris controuersi Senatus Hispaniensis, t. 1. dissert. 21. n. 5. & dixit centies Rota, præsertim nouissimè in vna Paduana feudi, die 11. Ianuarij 1627. coram Merlino, Et ratio est, quia sicut in Physicis, forma rei sublata, tollitur compositum, ita, & in moralibus, deficiente forma, corrui actus; & ideo forma specificè adimplenda est, & non per equipollens; ex l. 1. §. Opus nouum, ff. de noui oper. nunc.

2. Tota ergo Difficultas in casu nostro consistit, an in Religione Equitum Hierosolymitanorum, sit de forma, vt miles Professionem emittens, sit ornatus Cingulo militari? Et affirmatiue respondeo. Probatur primo; quia forma inducitur quoties à statuto additur necessitas aliquid faciendi. Ita docet Tiracuellus de Reu. ligna. §. 39. glossa 2. num. 25. Abbas & Berous, quos citat; & sequitur Farinacius, in frag. Crim. par. 2. ver. lex. n. 266. Quibus ego addo Escobar, X bar;

Sup hoc fa-
Et in tract. 1.
Rel. 159 per
oram, &
figantur à §.
probatur
quarto.

Sup. hoc in
tom. 9. ff. 22
Rel. 137. §.
Tadem post
medium.

bar. *tr. de Viroque foro, art. 2. n. 4. & Barbof. Axioma. 100. n. 2. cum Socino, lib. 2. conf. 285. n. 2.* Sed in statuto religionis Hierosolymitanae asseritur, esse necessarium, vt Miles, qui vult profiteri, sit ornatus Cingulo Militari; vt patet in Rubrica Della Divisione de' gradi de' fratelli f. 12. Ergo dicta verba inducunt formam.

Sup. hoc verb. Oportet in tom. 6. tit. 1. Ref. 8. Et tandem & in alio eius not. prima.

3. Nec obstat dicere, quod verbum *Oportet* ex sui natura, non importat necessitatem, & præceptum, sed decentiam, & consilium, vt docet cum aliis Sanchez, in *sum. t. 2. lib. 6. c. 4. n. 36.* Quibus ego addo Alphonsum de Castro, lib. 1. de lege pen. c. 5. docum. 4. & Merollam, tom. 2. disp. 4. c. 3. n. 124. Nam respondeo contrariam sententiam esse magis communem; vt patet ex DD. quos citat ipse Sanchez, vbi supr. Quibus ego addo Bonacinam, de leg. q. 1. punct. 7. §. 4. n. 9. & Sayrum in Clavi Regia, lib. 3. c. 7. n. 20. Signorolum conf. 8. n. 4. & 5. Parisiens. conf. 18. lib. 2. Socinum Iuniorum conf. 35. n. 7. vol. 2. Brunum in tract. de forma tit. quando aliquid censetur tradit. pro for. fol. mibi 34. concl. 4. post medium ver. & secundum; & patet ex Iuribus, quæ Sanchez non asserit, vt ex Authen. de Iudiciis. §. Oportet, vers. necessario, collat. 6. leg. Si quando, Cod. Vnde vi. cap. Non oportet. 3. q. 8. cap. 1. de Prescriptionibus in 6. in quibus Iuribus, verbum *Oportet*, importat necessitatem: Vnde dixit Gregor. XV. decif. 23. n. 3. hoc verbum excludere arbitrium, & includere necessitatem. Et recognoscat aduersarij nouissimè Io. Petrum Fontanellam in Decisionibus Cathalaia, tom. 1. decif. 412. num. 10. vbi signanter obleruat, verbum *Oportet*, ex se necessitatem importare; & citat Baldum in lege, Cum oportet, in princ. Cod. de con. qua. lib. & leg. 1. in princ. ff. de Iust. & Iure Itaque cum verba in proprio, & naturali significato accipienda sunt; vt patet ex lege, non aliter in princ. ff. de legat. 3. leg. Labeo, §. 2. ff. de supplect. legat. leg. Si quis ita §. finali. ff. de legat. 2. leg. fideicommissum. ff. de Condit. & docet Harpprechtus, tom. 3. Instit. §. Aleri, de Iuuenilibus stipulat. num. 15. Phœbus, in Decif. Lusitania, tom. 1. dec. 77. n. 14. Mendez à Castro in Praxi Lusitana lib. 3. c. 15. Calanate, conf. 45. n. 168. Castillo in Controu. lib. 4. cap. 39. Valaeus in Axiomatibus Iuris, litera P. n. 37. Vela in Dissert. Senatus Hispanensis, Dissert. 1. n. 2. Escobar in Antologia aduersus Amaiam, n. 43. & alij communiter. Vnde Solorzanus de Indiarum Iure, t. 1. l. 2. c. 20. n. 45. pro casu nostro rectè notauit, quod verba alicuius Statuti, semper debent sumi in proprii, & potiori significato: quod patet, præter iura allegata in c. Si quem de Sentent. Excomm. & in l. 1. §. in perpetuum ff. de agr. veltigal. ergo in Statuto de quo loquimur, verbum *Oportet*, dicendum est, contra aduersarios, necessitatem importare, & ideo præceptum, & non consilium inducere, ac proinde formam constituere.

Vel respondeo secundo: aliquos addere (vt obseruat Gratianus in Discept. forens. t. 1. c. 146. num. 18.) quod quando verbum *Oportet* inducat præceptum, vel consilium, iudicandum esse in ordine ad subiectam materiam, si fit leuis, vel grauis, vt de alijs verbis imperatijs docet etiam Valquez in part. 2. dis. 159. cap. secundo, numer. decimo, Angelus ver. lex, num. 3. Tabiena, quest. 28. num. 29. Armilla, num. 4. Syluester, ver. Præceptum, qu. 2. & alij, sed in nostro casu subiecta materia, non est leuis sed grauissima, & maximi momenti, nempe ornatus Cinguli militaris, (vt infra demonstrabo:) ergo dicendum est, verbum *Oportet*, necessitatem inducere, & formam constituere. Adde quod Statutum tam Italicè, quam Latine, vtitur verbo necessè est, quod vim habere maiorem videtur Sed ego volui respondere argumento aduersariorum, qui vtuntur verbo *Oportet*.

Sup. his verbis imperatijs in Ref. & §. not. præterita & in alijs eius not. & signanter in tom. 6. tit. 1. Ref. 8. & in alijs multis eius not.

4. Secundo probatur nostra Sententia, quia forma colligitur ex studiosa, ac vehementi animi assuetudine applicatione circa obseruantiam modi in dispositione expressi; vt ex Bartolo, Panormitano, Eocacio, Tuscho, & Farinacio docet nouissimè eruditus Ioseph Vela in Dissert. Iuris Controuersi Senatus Hispanensis, dissert. 21. n. 35. & Escobar, tract. de vtroque foro, art. 2. n. 8. Sed hæc studiosa, & vehemens animi statuentis applicatio circa obseruantiam ornatus Cinguli, clarè patet in Statuto, ibi: *Prima que pignori l'habiro, e facci la professione, è necessario, che sia ornato del Cingolo della Militia. Et paulo infra: Finalmente con l'ordine suddetto facci la professione.* In quibus etiam verbis ex illa ratione apparet in nostro casu, Cingulum militare esse de forma; quia asserunt Doctores, quod forma dicitur inducenda, quando à Statuto præscribitur ordo faciendi actus successiuè. Vnde Alexander Sperellus dec. 40. n. 44. mihic pro verbis casus nostri, sic ait: *Quæ omnia maxime procedunt attentata altera dictione, Dicitur per prima, quæ formam importat; vbi enim procedunt per prius, & posterius, forma dicitur inducenda. Ita ille, qui citat Felinum in cap. cum dilectus, num. 6. de Prescript. cui adde Baldum in l. 1. Cod. Ne liceat tertio prouocare num. 8. §. ex dictis ergo. Bordonum in Miscellaneis Decif. 255. Decium in l. hæc censuris, §. 1. Cod. de testam. num. 8. & seq. Nigrum de executione rei iudicate, cap. 11. §. 1. num. 30. Meronum in centum Responsonibus resp. 28. num. 18. Tholosanum in Syntag. Iur. lib. 1. cap. 1. num. 3. Cephalum conf. 421. num. 35. Garziam de Benef. tom. 2. tit. 9. cap. 3. num. 10. & S. Rotam in Toletana Professionis 27. Febr. 1595. coram Clar. mem. Cardinali Paphilio, & alios communiter. Ergo, &c. Adde etiam quod verbum illud *Finalmente* pariter importat formam substantialem, vt patet ex Callaneo in consilio Burgundia, rubrica 4. §. 2. num. 15. & conf. 49. num. 14. Mascardo de Inter. Statut. cons. 9. num. 9.*

5. Tertio probatur nostra Sententia; quia forma censetur inducenda à Statuto, si aliquis statuit præter ius commune, vel mandat aliquid fieri certo modo; vt tradunt Doctissimi Iuriconsulti Hulticus Hurnius in Encyclopedia Iuris, part. 1. tit. 3. cap. 4. num. 6. Matthæus Berlychius in Conclus. præct. part. 2. concl. 17. n. 104. Ludolphus Scharaderus tract. de fendis part. 10. sect. 8. n. 20. Ignatius de Villar, in Sylua Responf. lib. 1. respons. 15. num. 3. Salgadus, tract. de Reuoc. Bull. part. 2. cap. 6. num. 25. Virries in Orto affina. par. 2. num. 156. Martha de Iurisd. part. 4. Cent. 1. cas. 94. n. 15. Trentacinquius, lib. 1. ne legib. Ref. 1. num. 5. Castillo de Tertius Regum Hispania, cap. 27. num. 15. Palaez de Maioribus, par. 4. quest. 20. num. 78. & seq. Io. Petrus Fontanella in Decisionibus Cathalaia, tom. 2. decif. 272. num. 19. & 20. Ioseph Sella in Decisionibus Aragonia decif. 31. num. 8. & decif. 250. n. 16. Tholosanus in Syntag. Iur. lib. 1. cap. 1. num. 8. asserentes: Quod quando statutum prouidet aliquid cum certis modificationibus, seu quando in statuato circa actum consiciendum disponitur aliquid præter ius commune, id pro forma habendum esse; sed hæc omnia accidunt in casu nostro: nam statutum præcipit emissionem professionis cum certis modificationibus, & præter ius commune: ergo dictum statutum, formam inducere dicendum est. Vide præter Doctores citatos Ioannem Gutierrez in Praxi, qq. l. 5. q. 15. num. 8. 9. & 12. qui docet etiam, quod vbi statutum aliquid exprimit circa actum consiciendum, aliter quam à iure communi sit dispositum, censetur inducenda forma. Item quod vbi quæque lex vel statutum introducit aliquid cum certis modificationibus, quidquid ibi exprimitur, censetur de forma.

sempe omnem legem, quæ inducit solemnitate aliquam, censendam esse habere inclusam in se clausulam Decreti irritantis. Adde etiam, non esse verum id quod aliqui ex aduersariis asserunt, quod forma impleta non corrumpat actus, quando dispositio non habet Decretum irritans: Et Seraphinus, quem adducunt, hoc misime asserit: Olafchus verò in dec. 165. dicit contrarium. Dicendum est igitur, actum corrumpere quando deficit forma, etiam si non adsit Decretum irritans, si tamen in dispositione aliquid inductum sit de forma, sed in nostro casu, iam, vt probatum est, adest clausula Decreti irritantis ergo, &c. Vide Hostiensium in cap. quia in Insulis n. 4. de Regular. & ibi Zabarellam, n. 4. Parisium conf. 65. n. 4. lib. 4. Lapum Allegat. 76. num. 2. Suarez de relig. tom. 3. lib. 6. cap. 11. num. 4. Bordonium de Profess. cap. 3. num. 16. Bciam lib. 4. Caf. 35. Sanchez in Summa tom. 2. lib. 5. cap. 4. num. 26. & 37. Sacram Rotam in Toletana Professionis die 27. Febru. 1595. coram sapientissimo Cardinali Pamphilio penes Garziam de Benef. part. 3. cap. 2. num. 550. & in Burgens. nullitatis Professionis 16. Aprilis 1649. coram D. Arguelles cum Bruno in tract. de forma tit. de vobis. & effect. forme sol. mibi 50. & fol. 51. asserentes professionem esse nullam ex defectu forme etiam absque decreto irritante.

13. Restat modo proponere aliqua argumenta ex aduersariis adducta, quæ ego magis firmabo, vt veritas eluceat; & postea responsonibus infringam, ex quo solidior nostra remanebit sententia: Itaque.

14. Non obstat primò, quod in cap. 24. dicitur: *Vt qui præter formam statutorum receptus fuerit, si fuerit frater Miles, redigatur in fratrem seruientem Arriorum, si que inhabilis ad bona Religionis*: Ergo defectu forme in emissione professionis, erit illicita, non autem inualida, & Dominus N. si non vult esse professus in gradu seruientium.

15. Respondeo, quod durum videtur hoc asserere; nam actus non operatur vltra intentionem agentis vt patet ex l. non omnis. ff. si certum petatur l. in agris ff. de acquir. rerum dominio. l. legata inutiliter ff. de adimendis legatis l. non omnis ff. de rebus creditis & aliis vulgaris iuribus: sed Dominus N. in nostro casu, non habuit intentionem, nisi emittendi professionem in gradu Equitum: ergo non potest modo esse Professus in gradu seruientium. Vnde docet Sanchez in Summa tom. 1. lib. 4. cap. 11. num. 2. cum aliis communiter, votum non habere vim obligandi, nisi ex intentione vouentis, cum sit quedam priuata lex, quam sibi vouens imponit; at lex non obligat, nisi secundum intentionem legislatoris ergo votum non obligabit, nisi secundum intentionem vouentis.

16. Quod firmatur ex Doctrina Vecchij in Praxi Nouitiorum. disp. 14. dub. 1. num. 12. & seq. Bassæ in florib. Theolog. mor. ver. Religio 4. n. 7. Lessæi lib. 1. cap. 41. num. 62. Suarez de Relig. tom. 3. lib. 7. cap. 2. num. 3. & seq. Layman. lib. 4. tract. 5. cap. 5. num. 5. & 7. Caramuelis in Theol. Regulari, disp. 41. dub. 1. num. 509. & aliorum asserentium, quod si aliquis proficetur in aliqua Religione, si professionem annullat, non teneri postea voto simplici castitatis. Ego cum multis docui part. 5. tract. 14. resol. * 49. Professionem Monialis erumpentis in mare esse nullam, nec manere voto simplici castitatis obligatam, sed posse nubere cui voluerit. Sed scient aduersarij supradictum statutum contra Nos ab ipsis adductum, fuisse postea à Religione deletum, & annullatum, ante emissionem professionem à Domino nostro. Vnde euanescent omnia argumenta, quæ ex auctoritate verborum dicti statuti delu-

mi possunt, & circa modum, & gradum professionis.

17. Non obstat secundò asserere, quod forma est indiuidua, & quicquid ad solemnitate exigatur, id ab actu diuidi, & separari non potest; vt patet ex leg. cum antiquitas. Cod. de Testam. & docet Traquellus de legibus conub. gloss. 6. num. 4. Boffius tractat. de Matrim. cap. 2. num. 27. Decius con. 12. num. 30. Mascardus de Sen. stat. interpret. n. 53. Mathæus Berlicius in conclusionibus practice libris part. 2. conclus. 18. num. 17. Daniel Mellitus ad constitut. Saxonicas, part. 2. constitut. 15. n. 36. & alij; Sed Equites Hierosolymitani, vt patet ex ipso statuto, possunt accipere Cingulum militare contra actum professionis ab illo Principe habente auctoritatem concedendi gradum: vt ibi dicitur, *di. Cancellaria*: Ergo clarè patet, non esse de forma; quia, vt dictum est supra, id quod spectat ad formam, non potest separari ab ipso actu: Et de hoc argumento magnum festum faciunt aduersarij.

18. Respondeo cum Alexandro Moneta de com. ultim. volunt. cap. 7. num. 333 & aliis penes ipsum: Quæ sunt de forma substantiali, non possunt quidem sequi, sed debere interuenire in ipso actu, vel posse etiam præcedere. Vnde rectè docuit Quintilianus Mandosius in regul. 24. Cancellar. q. 4. num. 9. quod constitutio inducit formam, si aliquid requirit, non solum in ipso actu, sed etiam ante actum, quod etiam notauit Vantius de nullitate Tit. quot modis nullitas in iudicio proponatur, num. 52. vbi asserit: Quod quando lex disponit, quod actus solemnitas, vel certus modus, ante, vel tempore celebrationis ipsius actus adhibeatur, tunc hæc forma non seruata actus ipse nullus reputatur, ergo argumentum in contrarium adductum non valet.

19. Dicendū est itaq; aliquid à solemnitate posse primò requiri ante actum. Secundò in ipsamet executione actus, & Tertio post actum; solemnitas verò requisita post actum censenda est tanquam accidentaria, & ideo si omittatur, non officit, vt patet ex l. vniuersa, vbi Glossa, & Bartholus Cod. de precib. Imper. offeren. Virgilius Bocacius in Constit. Pice. gloss. 6. num. 158. Secus autem dicendum est de solemnitatibus requisitis ante actum, nam substantiales censendæ sunt, & ideo si omittantur, actus corrumpit, vt docet in terminis Portel. ver. Confessoris approbatio n. 3. Quod illustrat exemplis, & patet etiam in alienatione rerum Ecclesiasticarum; nam antea prærequiritur tractatus, & in electionibus prærequiritur inquisitio, vel informatio.

20. Quod etiam probatur, nam consensus, quando requiritur pro forma, si non occurrit ante, vel in ipso actu, actus erit nullus, quamuis postea consensus sequatur, vt docet Antonius de Bortio in cap. Cum consuetudinis, num. 200. Imola ibidem. num. 5. de consuet. Iason in l. si quis nobis bona. §. Iustum, num. 44. & 45. ff. de acquir. heredit. Mohedanus decis. 12. num. 5. de ref. nunciat. Puceus decis. 153. num. 1. lib. 2. & alij. Sic etiam licentia, aut facultas testandi de quibus alijs testari non licet, debet præcedere, aliàs Testamentum factum non tenet, etiam si postea dicta licentia sequatur, vt tenet Felinus in c. Dilect. de accus. num. 3. Azevedus in l. 3. tit. 6. lib. 5. recop. num. 7. Patilius de resignat. lib. 11. quest. 7. num. 90. & 91. Caputaquensis decis. 258. n. 1. part. 3. Sic & in nostro casu, si Cingulum militare daretur post emissionem professionem, professio esset nulla; nam ornatus Cinguli tanquam de forma debet præcedere professionem, cum statutum asserat: [Prima, che facci la professione, e neceffario, che sia ornato del Cingolo Militare:] Sed de hoc infra

Sup. doctrina huius §. supra in tr. 1. Ref. 179. §. vlt. & lege etiam doctrinam Ref. 186. signanter à lin. 5.

* Quæ hic est supra in tr. 1. Ref. 34.

in hac infra etiam redibit sermo in responsione ad auctoritatem Pontificalis.

21. Non obstat tertiò: Quod quando supponitur potestas, & additur noua solemnitas, tunc illa non habetur pro forma substantiali; & ideo quando à principio datur potestas sub tali forma, defectus formae irritat actum: vt docet Felicianus à Vega, in relect. cap. 1. de iudicis num. 11. Moneta de commutat. ult. volunt. cap. 7. num. 339. Merolla tom. 3. disp. 4. c. 5. num. 270. Suarez de legibus lib. 5. cap. 3. num. 9. Lupus de cas. refer. part. 1. dist. 1. 6. difficult. 2. num. 2. Emmanuel Sà ver. lex. mon. 13. Portel ver. Confessoris approbatio num. 2. Castrus Palaus tom. 1. tract. 3. disp. 2. punct. 9. num. 2. Salas de legibus disp. 16. sect. 9. n. 37. Sanchez in summa tom. 1. lib. 5. cap. 4. num. 26. Felinus, & Panormitanus, in cap. 6. de Const. cum aliis: Sed in casu nostro possunt asserere Aduersarij, supposita potestate recipiendi professionem Nouitiorum, fuit tantum à statuto præscripta illa solemnitas Cinguli militaris; ergo tali solemnitas non censetur præscripta tanquam forma; quia non in eodem actu data etiam fuit facultas recipiendi Nouitios, sed tantum nouus modus fuit inductus.

22. Respondeo primò: Doctrinam adductam penes me non carere difficultate; quia omnes de iure naturæ habebant facultatem testandi, & tamen modus præscriptus postea à Iustiniano, testandi nempe coram tot Testibus, &c. in cap. Cum esses de testam. & hac consultißima. Cod. qui testam. facere possunt, habetur pro forma substantiali; & ideo Testamentum confectum sine Tabellione; & certo numero Testium, erit nullum. Idem dicendum est de alienationibus, & de electionibus, vt patet in Paulina: Ambrosio, & in cap. Qua propter, de elect. in quibus actus non instruitur de nouo, & forma substantialis ei de nouo additur. Et per Concilium Tridentinum in contractu matrimonij id etiam factum fuit. Et similiter forma antiqua, quæ antea substantialis non erat, potest per nouam legem, substantialis fieri; annus enim Nouitatus non ita erat de substantia professionis ante Concilium Tridentinum, sicut modò est; erat tamen iam institutus: ergo Doctrina in contrarium adducta, non est generaliter vera, & fallit in multis casibus: Et ideo optime Arriaga in part. 2. D. Th. tom. 2. r. de legibus disp. 2. sect. 6. n. 68. dixit: Quod supradicta Doctrina sit intelligenda, quando solemnitas præscripta, sit parui momenti, non autem, si in se sit alicuius momenti; vt etiam rectè obseruat Granado in p. 2. D. Thoma contr. 7. tract. 3. part. 1. disp. 10. sect. 6. n. 17. Sed in nostro casu, solemnitas ornatus Cinguli est magni momenti, vt infra probabitur: ergo talis solemnitas fuit tanquam à statuto præscripta.

23. Respondeo secundò: supradictam Doctrinam non procedere, vt obseruat Ioannes Præpositus in p. 2. D. Thoma q. 95. disp. 3. dub. 8. num. 50. in fine. Farinacius in fragm. crim. part. 2. num. 225. Merolla tom. 2. disp. 4. cap. 5. dub. 19. n. 269. in fine, cum aliis vbi supra; Quando sufficienter constat solemnitatem aliquam præscriptam, habenti aliquoquin potestatem actum faciendi, fuisse præscriptam tanquam formam; tunc enim certum est corruere actum aliter factum etiam à potestate habente: Sed in nostro casu etiam si antea aderat potestas recipiendi Nouitios, tamen modus recipiendi cum ornatu Cinguli militaris clarè postea à statuto præscribitur pro forma; vt apparet in illis verbis: E. necessario, che sia ordinato, &c. & postea additur Decretum irritans annullando professionem factam aliter: Ergo in casu nostro non militat Doctrina in contrarium adducta; quia modus ille recipiendi Nouitios ad professionem cum Cingulo militari, clare à statuto appositus fuit pro forma.

24. Non obstat quartò (& hoc argumentum est Achilles aduersariorum (quod forma, alia est substantialis, alia accidentalis s ista tamen non seruata, actus non erit nullus, vt docet Escobar. tract. de errore foro, art. 2. Salas disp. 16. sect. 9. num. 36. & seq. Moronus respons. 28. n. 16. Castrus Palaus tom. 1. r. 3. disp. 2. punct. 9. n. 1. & alij communiter: sed in nostro casu, videtur Cingulum militare non esse formam substantialem sed accidentalem; est enim omisio rei leuis; vnde nimis durum videtur, omisionem solius cinguli reddere professionem inuvalidam: sicut, si quis emitteret professionem in aliqua Religione sine vestibus consuetis, non proinde illa professio esset nulla, vt tradit Bordonus tract. de professione Reg. c. 29. 37. Vnde Arriaga in par. 2. D. Th. 2. disp. 23. sect. 5. num. 67. & Granadus etiam in par. 2. Contr. 7. tract. 3. par. 1. disp. 19. n. 10. docent non omnes caeremonias præscriptas in acceptatione professionum Religiosorum, esse de substantia valoris. Idèd Oñate de contr. tom. 1. tract. 2. disp. 6. sect. 5. n. 116. notauit, quod quando conditio appositae, non est magnæ importantiæ, præsumendum est, & iudicandum non esse positam pro forma, nec omisionem vitare. Quod etiam tradit Parisius in Addit. ad Bartholum in leg. hac consultißima. Cod. de testam. & patet in legibus moribus 5. Prius autem, ff. de vulgar. & ibi Iason, n. 11. ergo &c.

25. Respondeo (attendas quæso) & suppono; Cingulum olim constituisse Militem in genere & in esse Militis, ita vt Militia per Cingulū significaretur. Hugo Grotius de iure belli, lib. 1. cap. 2. n. 9. addit cit ad hoc propositum verba Concilij Nicani, Can. 12. sic asserentis: Quicumque vocati per gratiam, primum quidem ardorem, fidemque suam ostenderant, & Cingulum militiæ depoluerant, postea vero, vt canes ad suum vomitum reuersi sunt, & militiam repetierunt, hi decem annis iaceant, post triennij auditionum tempus. Ita ibi Concilium: cuius verbis etiam vsus est postea Syricius Papa, epist. ad Tyraconensem Episcopum; vt notat Ludouicus la Cerda, in Aduersariis sacris, cap. 146. num. 16. Et ideo Pater Heribertus Rosueyudus in Anticapello, fol. 46. Praefationis ex actis Marcelli Centurionis martyris coronati, die 30. Octobris, obseruat, sic ipsum loquutum fuisse Tyranno: si talis est conditio militantium, vt Diis & Imperatoribus sacra facere compellantur, ecce proicio Cingulum, & militare recuso. Vide quomodo Cingulum Milites constituebat, quasi (vt rectè obseruat Pater Oñate de contr. tom. 2. tract. 15. disp. 46. sect. 6. n. 124.) inuestitura officij. Hinc Horatius ad Pifones de Arte poetica, milites hoc vocauit Cinctos; ita enim asserit.

Fingere Cinctus non exaudita Cethagis.

& ideo ibi insignis eius Scholastes Dionysius Lambinus, sic ait, Cinctus, id est cinctis militaribus armaturis, cingebantur enim in militiam ituri, ex quo Cinguli in militare, & cingi, pro eo quod est ad militiam & ad pugnam ornari. Hæc Lambinus, mirificè pro casu nostro, quod etiam nouissimè notauit eruditus Io. Solorzanus, in memoriali Iuridico, Histo politico ad Regem, lingua Hispanica conscripto. De los Derechos de Placas Honorarias, y Jubilada.] n. 158. Vnde è contra Discincti, accipiuntur pro imparatis, & imbellibus ad pugnam. Hinc dixit Virgilius Æneid. lib. 8.

Discinctos Mulciber Aphros.

hoc est (vt explanat Seruius) Inhabiles ad militiam. Hinc Alexander ab Alexandro, Gemal. dier. lib. 1. cap. 20. loquens de Romanis, dixit: Milites manipulares; qui sub disciplina militant, semper Cincti sunt.

Discinctos enim, velut ignavos, & militiæ minimè aptos putarunt, præcinctos verò fortes; & strenuos. Quare Macedonum lex erat militaris, vt qui miles hostem non occidisset, non militari Cingulo, sed capistro cingeretur. Ita ille. Et tandem Conradus Rithersulfus in *novellis Iustiniani, part. 3. cap. 10. n. 2. & part. 14. cap. 6. num. 12.* docet: Pœnam propriam Militis, fuisse priuationem Cinguli, quæ vocabatur exautoratio, siue ademptio dignitatis militaris.

26. Sed confirmandâ sunt supradicta ex nostris legibus, & ideo cum militare insigne potissimè Cingulum fuerit, vt dictum est de proximo cingendo, pro cincto habebatur, id est privilegio militari gaudebat, *leg. filius familias 44. de militari testam. in P. & dicebatur renuntiare Privilegio Cinguli, cum miles eiurabat privilegio militari, nempe quod Cingulo indicatur leg. finali, de appar. magistr. mil. lib. 12. Cod. tit. 5. ita etiam & deposito Cingulo, Privilegium cessabat. leg. 2. vbi de ratiocin. agi oportet. lib. 3. Cod. tit. 21. Hoc supposito.*

27. Respondeo ad argumentum Religionem Hierosolymitanam, non solum esse Religionem simpliciter & absolutè, vt sunt omnes aliæ, sed etiam esse Religionem militarem; ergo Cingulum in eius professione non est res levis, (vt supponunt Aduersarij) nec forma accidentalis, sed est res grauissima, magni momenti, & substantialis; cum Cingulum, vt apud veteres, ita & in hac Religione, constituat militem in esse militis, & conferat dignitatem militarem; & ideo Equites in Religione Hierosolymitana, si professionem emitterent sine ornatu Cinguli, & Discincti, tanquam Ignavos, Ineptos, & Imbelles ad militiam seiplos demonstrarent; vt patet est superius dictis. Itaque, cum dicta Religio, sit Religio militaris, rectè in suis statutis apposuit, in emissionem professionis, Cingulum pro forma, vt supra satis probatum est. Vnde non est mirum, si in aliis Religionibus emissio professionis sine habitu sit valida, & in Religione D. Ioan. sine Cingulo sit nulla; quia vt vulgo dicitur, habitus non facit Monachum, sed Cingulum in nostro casu facit Equitem; & ideo (quod est validè notandum) in Religione Hierosolymitana, ornatus Cinguli militaris, in emittenda professione, distinguit Equites ab aliis, & est signum constitutum professionis Equitum, ac proinde, hac qualitate, Equites distinguuntur ab aliis duobus gradibus, Capellanorum scilicet, & Seruientium. Quare in statutis *tit. 2. del ricenimento de fratelli, Rubrica della diuisione de gradi, fol. 12.* sic habetur: *Prima, che pigli l'habito, e faci la Professione (loquitur de Equite) è necessario, che sia ornato del Cingulo della militia: sed paulò post addit: Però, i Cappellani, i seruenti di Arme, ò di officio, non è necessario ornarsi di tali insegne militari.* Agnosce quomodo Cingulum militare, vt dixi, contradistinguat Equites ab aliis & sit signum constitutum professionis Equitum, à professione aliorum, ac constituat militem in esse militis, ac præbeat dignitatem, & characterem militarem: vnde in Religione Hierosolymitana, ornatus Cinguli non deputat Equitem in gradu, & statu militum, sed verè creat, & constituit militem, ac præbet dignitatem militiæ. Videant modo Aduersarij, quo pacto possint asserere omissionem Cinguli esse rem leuem, & formam accidentalem in professione Equitum, & quam meritò nos supra asseruimus; ornatum Cinguli, esse præscriptum tanquam formam substantialem, atque eius omissionem, nullam reddere Equitum professionem; vt supra satis probatum est: Quod non procedere, in professionibus aliarum Religionum, fatemur libenter cum Granada, & Ar-

riaga *superius citatis*, cum cæremonia in eis præscriptæ non pertineant ad formam substantialem. Quod etiam docuit Sanchez *in Summa, tom. 2. lib. 3. cap. 1. num. 4.* cum aliis penes ipsum: ac est dispositio in casu nostro, ex rationibus supra adductis; ergo, &c. Et quidem ego fateor tarditatem ingratam mei; non enim possum percipere, quod aliquis in Religione Hierosolymitana possit (vt volumus Aduersarij) emittere professionem in gradu militis, antequam prius miles efficiatur; nam si miles non est, quomodo profitebitur in gradu militum? Respondet itaque dixit itatum: *Prima, che pigli l'habito, e faci la professione, è necessario, che sia ornato del Cingulo della militia.* Negandum est ignis visus doctis, eorum pace, dicta verba non esse accipienda in sensu materiali, sed in sensu formali, cum sit expositio gratis dicta: & verba statuti, clamant omnes, Doctores, in proprio sensu accipienda esse; ergo, &c.

28. Neque obstat quintò: Auctoritas Pontificalis Romani reformati à Clemente, & Urbano VIII. in quo nulla efficitur mentio de ornatu Cinguli militaris: Nam Respondeo; supradictum Pontificale nihil contra casum nostrum officere. Primò, quia Pius IV. in Bulla IX. cum Decreto irritante, & clausula sublata, firmat Constitutiones Pontificias, vt tollant, vel in aliquo præiudicent statuta Religionis Hierosolymitanæ, opus esse de dictis statutis expressam facere mentionem. Quod magis firmatur ex eo, quod post iam impressum, & reformatum dictum Pontificale, Paulus V. anno 1609. in forma specifica approbavit, & confirmavit omnia statuta dictæ Religionis: ergo, &c. Respondeo secundò, quod in fine Rubricæ dicti Pontificalis asseritur: Professionem, esse emittendam secundum formam statutorum; sed secundum statuta Religionis Melitenis, professio est emittenda cum ornatu Cinguli Militaris, tanquam forma, vt supra satis probatum est; ergo Pontificale nihil officit, quia se remittit ad statuta Religionis; quæ quidem, licet concedant posse aliquem emittere professionem sine ornatu Cinguli, si fuerit antea Eques creatus ab alio Principe; & hoc, quia hoc esset inconueniens bis ornari eadem dignitate. Hoc tamen non concedunt fieri posse in ipso actu professionis, si antea factum non fuerit: nam tunc Eques efficiendus esset secundum formam præscriptam à Religione cum ornatu Cinguli militaris; vt ex verbis ipsius statuti apparet. Et ideo constat ex fide subscripta ab aliquibus Equitibus, sel mem. Vrbanum VIII. recepisse in suis manibus Professionem Eminentissimi Cardinalis Antonij Barberini; & quia antea dignitatem Equitis ab alio Principe non acceperat, voluit illum Equitem creare, more Religionis; vt voluit statuta, ad quæ Pontificale se remittit: atque ideo ornauit illum cingulo militari: vnde ex facto ipsiusmet Pontificis, qui Pontificale reformatum, patet intelligentia illorum verborum asserentium; imponat ei habitum illum, quo milites illius ordinis, quem intendit profiteri, vt consueuerunt. Intelligentia sunt, inquam, hæc verba, non de habitu ordinatio, sed de habitu vt consueto in actu ipsius emissionis professionis, in quo, vt per se patet, etiam includitur ornatus Cinguli.

29. Quod confirmatur: nam non est verisimile Pontificem voluisse in creatione militis adhibere solum habitum Regularem, sed etiam habitum militarem, qui designaret gradum, in quo illi constitueretur: nam habitus Regularis nullam habet relationem ad militiam, nec potest aliquid significare in actu creationis militis, ergo verba Pontificalis non sunt interpretanda de habitu consueto Regulari, sed de habitu

habitu, quo uti consueverat illa religio in creatione militis: nam Pontifex ibi agit de modo creandi milites Regulares. & ideo, ut dixi, dictus Pontifex Urbanus VIII. admittit ad professionem Eminentissimum Dominum Cardinalem Antonium cum ornatu Cinguli militaris.

30. Sed his omnibus addendum est vnum, quod cum viris doctis communicatum, annuerunt: nam dato, & non concesso, quod Pontificale in creando milite statueret non esse adhibendum Cingulum militare, adhuc existimo professionem Domini nostri esse inuallidam, quia, ut patet ex instrumento professionis, die 12. Februarij 1640. & fatetur ipsimet aduersarij, prius fuit emissã à Domino nostro professio, & postea ipse fuit armatus Eques: ergo dicta professio fuit nulla; quia ex statuto Religionis, & ipsomet Pontificali, quod non tollit, nec derogat dictum statutum, qui emittit professionem, debet tanquam ex forma prius creari Eques, vel secundum morem alterius Principis, & postea dignitate militari obtemperare, emittere vota.

31. Nec valet dicere, quod aliqui asserunt, ordinem Pontificalis, in casu nostro, fuisse diuersum materialiter, non autem formaliter; ut probatur in administratione Sacramentorum, nam licet baptizans prius debeat abluere, & ordinans tradere instrumenta, quã verba proferre; tamen si baptizans, vel ordinans, prius verba proferat, & immediatè abluat, & instrumenta tradat, non ideo dicitur mutatus ordo formaliter, sed tantum materialiter.

32. Respondeo, non esse verum, quod baptizans prius debeat abluere, & ordinans tradere instrumenta quã verba proferre, sed simul tenetur abluere, & proferre verba. Itaque debet simul abluere, proferendo verba; & proferre verba abluendo. Vnde supradicta doctrina aduersariorum est vera in his, quã debent concurrere simul, vt materia & forma Sacramentorum; secus autem dicendum est, quando interuenire debent per prius, & posterior; nam tunc præscribitur forma, vt firmamus supra in probat. 2. & in respons. ad 2. Argumentum.

33. Confirmatur, & dabo exempla ex iisdem Sacramentis. Si quis post obtentam absolutionem à peccatis, illico eliceret actum contritionis, absolutio illa esset inuallida; quia dolor de peccatis debet præcedere absolutionem; prius enim penitens debet elicere actum contritionis, & postea confessarius illum absolueret: sic & in nostro casu, ex vi statuti imponentis formam, dicendum est aliquem esse incapacem emittendi vota in Religione Hierofolymitana, nisi prius creetur Eques, & dignitas militaris debet præcedere professionem, ergo, qui emittit professionem ante receptam dignitatem militarem, etiam si illico creetur miles, professio erit nulla; quia creatio militis non debet simul occurrere cum professione: vt aqua cum verbis formæ Baptismi; vel traditio instrumentorum in ordinando: sed debet vtique ipsam professionem præcedere tanquam forma cum ita dispositum sit à statuto, asserente: *Prima che facci la professione è necessario, che sia ornato del Cingolo militare*; ergo dicta forma, vt dispositum est, obseruari debet, & est indiuidua, nec potest variari, vt communiter Doctores asserunt.

34. Dices autem, Pontificale, ordinem prædictum non præscribere formalem, non enim vtitur decreto irritante, nec etiam præcipit, quia non asserit, imponat, sed imponi debet, designando tanquam modum creandi militem.

35. Respondeo, Nobis sufficere hunc ordinem tanquam de forma præscribi à statutis Religionis, quã pontificale, nec tollere, nec minuire potuit, nisi de illis faciendo mentionem expressam, vt ex

Bulla Pij cum decreto irritante, & clausula sublata patet: ergo, &c.

36. Confirmatur supradicta, & supponendum est, quod modus creandi Equites apud diuersos Principes, potest esse diuersus; & sic Pontificale, (vt legentibus patet) aliud non fecit, nisi statuere modum creandi Equites quo vti deberent Pontifices, & eorum Delegati; relinquendo tamen in suo robore statuta Religionum si forsitan requirerent ante emissam professionem, pro forma, sumptionem dignitatis militaris, obtentam vel ab ipsa Religione, vel ab alio Principe, vt disponit statum Religionis Melitensis: ergo auctoritas pontificalis in casu nostro nihil obstat? quia Dominus noster emittens professionem non fuit antea creatus miles, nec vt Religio solet creare, nec vt statuit Pontificale: ergo eius professio fuit nulla; quia, vt dictum est, Pontificale non derogat statutis, si quã extant in militaribus Religionibus disposita tanquam de forma; quibus, qui emittere vult Professionem, debere prius dignitate militari ornatum esse; vt patet in verbis nostri statuti, asserentis: *Prima che facci professione, è necessario, che sia ornato del Cingolo Militare*. Vnde si quis inuenteret talem ordinem, vt fuit inuersus in professione Domini nostri (de qua loquimur) & læderet mentem statuti, & formam ab eo præscriptam; nam emitteret professionem in gradu militis antequam esset miles. Quod agnoscens summus Pontifex, etiam ipse in Pontificali voluit dignitatem militarem esse dandam, antequam emittatur professio; quem quidem ordinem, vt satis supra probatum est, tanquam de forma præscribit statutum Religionis Melitensis, quod statutum Pontificalis verba vt patet non tollent, nec illi derogant, nec poterant tollere, aut derogare, nisi de illo specialis officeretur mentio, statibus Bullis Pontificiis supra relatis: ergo, &c.

37. Denique non obstat sexto, adducere professionem tacitam Domini nostri præsentem ex aduersariis per actus professorum; à N. gestos: Nam respondeo cum Sanchez, Soto, Azorio, Rodriguez, & aliis, quos citat, & sequitur Salgadus, tract. de Retent. Bullar. part. 1. cap. 3. §. Vnico. num. 28. Quod professionem nullam, non iustificat exercens actus professorum, dum est ignarus cause nullitatis suæ professionis. Et ita hanc sententiam, præter Doctores citatos, tenet Zambellus in Reper. Casuum conscientia, ver. Nouitius, num. 34. Gratianus in discept. forensi, cap. 440. num. 3. Caietanus in 2. 2. quest. 189. art. 5. Navarrus cons. 28. num. 7. & cons. 89. num. 3. de Regular. & in manuali, cap. 12. num. 71. & sic determinauit Sacra Rota, decis. 179. num. 7. & decis. 397. num. 5. part. 4. recentior & nouissime in Vlixipon. nullitatis professionis, die 10. Decembris 1646. coram Domino Arguellos, Sed N. dum exercebat illos actus professorum, erat ignarus nullitatis professionis: ergo, &c. Vnde sacra Rota, vbi supra, dixit; Quod in milite, ac in muliere præsumitur ignorantia. Et quod in nostro casu non sit locus tacite professioni. Vide dictam magistralem decisionem. Adde, quod mihi supponitur, dictum N. nunquam exercuisse actus professorum. Deinde dicendum est, quod

Sup. sequentibus in hoc §. in tom. 2. tr. 5. Ref. 114. cursus in fine.

Sup. hoc in ex parte Religionis, professio fuit valida: vt si quis verbi gratia emitteret professionem ex metu vel sine voluntate profitendi, &c. tunc tacita professio operatur, & non opus est noua acceptatione ex parte Religionis; vt tradit Beadonus de professione Regulari, cap. 6. quest. 11. Suarez de Relig. tom. 3. lib. 7. cap. 1. Sanctarellus variar. Resolut. quest. 48. num. 30. Lessius lib. 2. cap. 41. num. 67.

Bartholomæus à Vecchis in *praxi Novit. disp. 14. dub. 4. num. 3. & 5. Sanchez de Matr. lib. 6. disp. 37. num. 60. & 61.* Sed in casu nostro professio non fuit inualida, non solum ex parte ipsius, sed etiam ex parte Religionis: nam fuit inualida, ratione omissionis formæ præscriptæ à statuto, & ita talis professio fuit nulla absolute, & quoad profitentem, & quoad Religionem, quæ non præstitit consensum: ergo in nostro casu nihil potest operari, nec dici tacita professio, cum fuerit inualida ex defectu formæ. Vnde ipsa Religio in statuto citato, *vbi supra* post appositionem Decreti irritantis, præbet facultatem Equiti, qui contra dictam formam emittit professionem, reclamandi de eius nullitate: ergo est impertinens in casu nostro adducere argumentum desumptum ex professione tacita, cum Religio talem professionem nunquam acceptavit, & à principio ex parte vtriusque contrahentium, fuit inualida, tanquam emissa contra formam substantialem à statuto Religionis præscriptam. Vide Sanchez in *Summ. tom. 2. lib. 5. cap. 3. numero 14. & capit. 4. num. 81.*

38. Et tandem non desinam hic adnotare contra Merollam in *Theol. mor. tom. 2. disput. 4. cap. 5. num. 282.* Quod quando dubium est, an forma inducta sit substantialis, vel accidentalis, præsumi debet substantialis. Ita docet Vantius in *tract. de nullitate Rubr. quot. & quibus nullitas in iudicio proponatur, num. 52.* Rolandus à Valle *consil. 43. num. 13. lib. 2. & consil. 55. num. 26. lib. 3. & Farinacius in Fragm. Crim. part. 2. num. 221.* Quibus ego addo Velam in *Dissert. Senatus Hispanensis, dissert. 7. numer. 9.* Castillo de *tertijs Regum Hispania, cap. 27. num. ultim.* Azuedum *cons. 9. num. 28.* Surdum *decis. 122. num. 2.* Milanensem *decis. 3. num. 8.* Decium *consil. 12. num. 24.* Gratium *lib. 1. resp. 122. num. 16.* Ioannem de Escobar. *tract. de viroque foro, art. 2. numer. 9.* Gutierrez in *pract. Q. Q. lib. 3. quest. 30. numer. 18.* Palæz in *4. de maiorat. quest. 20. num. 179.* Ferdinandum Mencham *de success. creat. §. 4. num. 12. iuncto num. 26.* Martham de *iurisd. part. 4. cent. 1. cas. 94. num. 18.* Cachéranum *decis. 165. numer. 15.* Castrum Palæum *tom. 1. tract. 3. disput. 2. punct. 9. num. 9.* Oñate de *contract. tom. 1. tract. 2. disput. 6. sect. 6. num. 120.* Baldum in *lect. Comparatione, num. 8.* Cod. de *fide Instrument. Decium consil. 10. num. 2. conf. 11. num. 9.* Ancharanum *consil. 241. num. ult.* Alexandrum *consil. 42. num. 16. lib. 1. consil. 137. num. 15. lib. 2. consil. 101. num. 7. lib. 3. consil. 212. numer. 3. lib. 6.* Ferdinandum Vazquium *de success. creat. lib. 1. §. 4. num. 27.* Petrum de *Vries in Or. o. astino, part. 2. num. 357. & Tiraquellum de retract. ligna. gloss. 2. §. 36. num. 29.* Sed in nostro casu saltem adest dubium, an forma sit substantialis, vel accidentalis, ergo substantialis erit iudicanda: ergo eius omisio, actum professionis annullabit. Vnde ex his patet responsio ad argumentum desumptum ex illis axiomatibus iuris, in dubio iudicandum est pro validitate actus, & pro validitate professionis. Nam respondeo, hanc doctrinam non procedere in casu nostro, in quo, vt diximus, etiam stante dubio, forma censenda est substantialis, & non accidentalis: ergo non sumus in dubio, vt volunt aduersarij; sed professionem inualidam fuisse dicendum est, vt potest emissa contra formam substantialem à statuto præscriptam. Verum aduersarij hoc argumento pressi, asserunt; tunc formam in dubio censendam esse substantialem, & non accidentalem, quando tradita est à lege communi, secus autem quando est tradita à lege speciali. Sed primò respondeo, seò omnet Doctores citatos loqui non solum in terminis Iuris communis, sed etiam in terminis statuto-

rum municipalium. Et nota statuta Religionis Hierosolymitanæ fuisse confirmata à Papa, & seò dicuntur statuta Papalia propter illam Papæ confirmationem proxt ex pluribus Rotæ Romanæ declarationibus confirmat Oluertius Beltraminus in *addit. ad Gregor. XV. decis. 267. num. 13.* Parisius *consil. 33. num. 49. lib. 3.* Gabriel *consil. 127. num. 24. lib. 2.* Turret. *consil. 35. num. 10. lib. 1.* Marius Antonius *vari. resol. lib. 1. resol. 1. num. 4.* Gratianus *discept. forens. tom. 5. cap. 992. num. 10. & Fontanella in Decis. Cathaloma, tom. 1. accis. 172. num. 4.* Vnde dixit Hunnius in *Encyclopædia iuris, part. 1. tit. 3. cap. 8. num. 9.* quod statutum à Principe confirmatum, dicitur lex ipsius Principis, & lex scripta: ergo, &c. Secundo respondeo, quod statutum municipale, vel aliquid statuti contra Ius commune, de tunc secundum Ius commune est interpretandum, declarandum, vel ampliandum, vel limitandum, & ita docet Gaillius *lib. 2. obseru. 10. num. 1.* Ancharanus *lib. 3. quest. 6. num. 30.* Cauaicanus *decis. 2. num. 9. part. 2.* Surdus *decis. 36. num. 19.* & Cachéranus *decis. 59. num. 8.* Vel statutum non est Ius commune correctorium, sed tantum dispositum præter ipsi Ius, in quo casu, omnes Iuris interpretationes, etiam exterritas recipit; Vt firmat Joseph Vela in *Prælectione ad cap. de officio ordin. numer. 129.* cui adde alios, quos refert & sequitur Malandus de *Statut. Interpret. concl. 2. num. 218. & 219.* Ergo ex his sequitur statutum nostrum, vel statuta contra Ius commune, vel præter, in quocumque casu admittit interpretationem, quod in dubio forma, non accidentalis sed substantialis censenda est.

39. Quod etiam confirmo ex celebri doctrina Ioannis Propostii illustrissimæ Societatis Iesu insignis Theologi in p. 2. *Diuis Thomæ, quest. 98. disput. 3. dub. 8. num. 50.* vbi sic ait: *Quamuis varia Regula assignentur ad dignoscendum, quando forma sit substantialis, & irritet actus aliter exercitus, agrè potest assignari regula vniuersalis in fallibilibus, sed videtur consulenda consuetudo, & communis interpretatio legis, in hoc, vel in illo sensu.* Hac Propostius: *Quæ quidem iurificæ faciunt pro casu nostro, nam licet ex verbis statuti aperte non apparet, ornatum Cinguli militaris constitutum fuisse tanquam formam substantialem, ita vt professio, sine tali ornatu emissa, esset inualida, si hoc inquam ex statuto clarè non apparet, quod ego constanter nego, statum consuetudo & acceptatio supradicti statuti à Religione facta, manifestè declarauit, talem ornatum Cinguli in emissionem professionis, tanquam formam substantialem constitutum fuisse. Quod patet ex fide authentice transmissa à Vicecancellario Religionis, in qua testatur, professionem N. (de qua loquimur) non fuisse inter alias professiones Equitum descriptam, & appositam, quia in ipsa non apparebat dictum N. emisse professionem cum ornatu Cinguli militaris, secundum statutum Religionis: Et dicta fides Vicecancellarij facta fuit ex ordine Magni Magistri, ei exhibitio, sub die 7. Septembris 1645. Ergo consuetudo Religionis, & acceptatio dicti statuti declarat, ornatum Cinguli militaris in emissionem professionis Equitum esse necessarium tanquam formam. Certum est enim apud Doctores statuta recipere declarationem ab oblectuantia subsequuta, vt tradit Surdus *decis. 129. num. 20.* Decius *consil. 8. numer. 19.* Turretus *consil. 99. numer. 2. & 26. lib. 1.* Marius Antonius *lib. 1. resol. 51. numer. 6. & alij.* Dicere autem hoc procedisse ex errore Vicecancellarij, & Magni Magistri non videtur admittendum; nam, quis non credat, non ignorare factum proprium; vt ex *cap. Excommunicati.**

citato de rescript. probat Euerardus conf. 107. num. 8. & patet ex euentu, & ab effectu; nam Religio ad iudicium citata à Domino N. pro declaratione inualiditatis suæ professionis, nec comparuit vquam, nec restitit, aut instat pro inualiditate. Ergo, &c.

tiam sententiam docuit, probans Cingulum milicare non esse de substantia professionis Equitum Hierosolymitanorum. Sed ad eius rationes, & ad alias quas adducit nouissime Pater Lezana Conf. 5. per totum: facile patet responso ex dictis, & ex his etiam, quæ adducit Pater Bordonus in suis Consiliis Regul. tom. 2. resolut. 100. quæst. 21. num. 38. & seq. & me citato Pater Pellizarius in Manual. Regul. tom. 2. in Ref. 108. tract. 9. cap. 9. sect. 4. n. 127.

tr. 2. Ref. 153. §. 2. inter medium & finem, verum, sed vsus per est & ibi in tr. 7. Ref. 96. §. 1. his, ante medium, à verum, Et ita, & in Ref. 108. à lin. 12. à verum, quæ, & in Ref. 10. §. 2. paulo post in initio, à verum, Vnde,



TRACTATUS TERTIVS.

DE

PAUPER TATE RELIGIOSA

super Bullam Clement. VIII. de Largitione Munerum.

RESOLVTIO PRIMA.

An ista Bulla sit vsu recepta, & adhuc obliget ad sui obseruationem? Ex part. 1. tractat. 6. Resol. I.

DVBIVS, & anceps circa propositam questionem, videtur remanere Vincentius Filliucius in 9. mor. tom. 2. tract. 34. cap. 3. q. 12. n. 81. sed absolute docuit Stephanus Gratianus in suis discept. forens. tom. 1. cap. 202. nimer. 17. dictam Constitutionem non fuisse vsu receptam à Superioribus Regularibus. Et hanc sententiam nouissime etiam docuit noster P. Megala in part. 2. lib. 2. cap. 27. quæst. 3. num. 65. sed ex communi doctrina, vt notat Becanus in summa Theol. part. 2. tom. 1. tract. 3. c. 6. q. 8. n. 3. Azorius p. 1. lib. 5. c. 4. q. 1. Lessius lib. 1. c. 22. dub. 13. num. 98. & alij, leges Pontificiæ non obligant, nisi acceptentur à subditis. Ergo dicta Bulla Clement. VIII. non obligabit: quia non fuit à subditis recepta. Et hoc ait Megala, non solum per decennium, sed spatio ferè viginti annorum, vt omnes sciunt.

dub. 4. n. 107. & Scortiam in Constit. Pontific. epis. 159. theor. 399. in fin. & Peirin. de Relig. tom. 1. cap. 2. q. 2. §. 6.

3. Vnde ex his ego non condemnarem illum Religiosum, qui legitime præscriptum sequeretur vsu suæ Prouinciæ, & Religionis, circa munera largienda, non obstante dicta Bulla, saluo semper &c. Verùm hic Panormi quoad Moniales esse dictam Bullam vsu receptam, testatus est mihi Reuerendiss. Vicarius de la Riba, Vir omnis literaturæ consultissimus.

4. Sed quidquid sit de vsu, & obseruantia eius, multæ difficultates circa intelligentiam supradictæ Bullæ elucidandæ sunt, ad pacandas conscientias, & serupulosos à Confessariis abigendos. Quæro igitur secundò.

RESOL. II.

Quotnam sint fines, seu cause finales huius constitutionis Clement. VIII? Ex part. 1. tract. 6. Ref. 12.

§. 1. Quatuor esse respondet Bartholomæus à S. Fausto in thesaurò Relig. lib. 8. quæstion. 208. Homob. de exam. Eccles. part. 1. tractat. 9. capit. 5. quæstion. 10. Filliuc. tom. 2. tractat. 34. capit. 3. quæstion. 6. Paulinus Berti in explic. huius Bullæ. part. 1. principali, fol. mihi 414. col. 1. & ante illos Hieronym. à Sorbo in Compen. priuil. Prima, vt religiosa disciplina labefactata in pristinum statum restitatur & quæ incolumis petmanet, conseruetur. Secunda, vt votum paupertatis integrum seruetur. Tertia, ne bona Monasteriorum, vel quoruncumque Regularium dilapidentur. Quarta, ne praua ambitione compulsi Religiosi pro consequendis Officiis alter alterius gratiam, vel protectoris, seu aliorum benevolentiam aucupentur.

2. Sed hanc sententiam, quoad partem, merito, impugnat Ioan. Valerius in diff. vniuersusque fori verb. muner. n. 20. 23. & 81. Granado in part. 2. disp. 15. sect. 3. n. 18. cum Patre Soula in expos. huius Bullæ, fundam